

4. *Idem*, A. Quinto.

Si debitor cuius fuisse fundum ipse consisteris, prius⁸ eum distractix, quam fisco aliquid debuit, inquietandum te non esse procurator meus cognoscet: nam etsi postea debitor extiterit, non ideo tamen ea, quæ de domino eius excederunt, pignoris jure fisco potuerunt obligari. — P. 5 kal. Jul. L^{eto} 2 et CEREALE CONSS. 246.

5. Imp. ALEXANDER A. Mennæ.

Pecunia quam creditor a debitor suo receipt, si postea ex justa causa fisco restituenda⁹ erit, sine usuris debetur: quia non stenus contractum, sed suum recuperatum extraordinario jure auferitur. — P. P. 15 kalend. Jun. FUSCO et DEXTRO CONSS. 226.

6. Imp. GORDIANUS A. Severianæ.

Cum patrem tuum fisci debitorum fuisse demonstres, eumque nubenti tibi possessionem dedisse alleges: procuratorem ius fisci consequentem eam iure pignoris revocare potuisse intelligis. — P. P. non. Jun. SABINO et VENUSTO CONSS. 244.

7. Imp. VALER., GALLIEN. AA. et VALERIAN. C. Diadoro.

Si in te ius¹⁰ fisci, cum reliqua [sorveres] debitoris, pro quo satisfacias, tibi competens iudex adscriptis, et translatis: ab his creditoribus, quibus fiscus potior habetur, res quas eo nomine tenes, non possunt inquietari. — P. P. 18 kal. Jun. ÆMILIANO et BASSO CONSS. 260.

TIT. LXXIV.

DE PRIVILEGIO DOTIS¹¹.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Firmo.

Scire debes, privilegium dotis quo mulieres utuntur in actione de dote, ad heredem² non transire. — P. P. kalend. Maji, POMPEIANO et AVIRO CONSS. 210.

TIT. LXXV.

DE REVOCANDIS HIS, QUÆ IN FRAUDEM¹² CREDITORUM ALIENATA SUNT.

1. Imp. ANTONINUS A. Cassio.

Heres, qui post editam hereditatem ad eum, cui res cessit, corpora hereditaria transtulit: creditoribus permanxit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis ejus excusiss, usitatis actionibus (si tibi negotium² gestum fuerit) ea, quæ in fraudem alienata probabantur, revo- cabis. — P. P. 2 id. octob. ANTONINUS A. et BALBINO CONSS. 214.

2. Imp. ALEXANDER A. Symphorianæ.

Si successione patris abstenta⁵ fuisti: ob ea, qua in doto⁴ data sunt convenire te credores nequeant, quibus pignora in doto data non docent: nisi bonis defuncti non sufficientibus, in fraudem⁵ creditorum doto⁴ constituta probabitur. — P. P. 10 kal. Julii, PROBO et MAXIMO CONSS. 235.

3. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Acyndino.

Si paterna hereditate abstinisti⁶, nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis ejus in te donationis jure transcriptum est: a privatis creditoribus præses provinciae conveniri te non patietur. — P. P. 10 kal. Jul. ipsi 4 et 5 AA. CONSS. 290.

4. *Idem*, AA. et CC. Epagatho.

Filios debitoris, ei succedentes⁷, veluti in creditorum fraudem alienatorum facultatem revocandi non habere, notissimi juris est. — S. 10 kal. Maji, AA. CONSS.

5. *Idem*, AA. et CC. Crescentio.

Ignoti juris non est, adversus eum, qui sententia condemnatus, intra statutum⁸ tempus satis non fecit, nec defenditur, bonis possessis, item-

⁸. L. 1, infra de jure fisci; L. 9, § 2, infra de bonis proscripti: L. 15, D. de donationib.—9. L. 6, § 2, D. de reb. auctor. jud. possid.; L. 24, D. que in fraudem erudit; L. 18, in fin.; L. 4, 19, D. de jure fisci. — 10. L. 2, D. de cessione honor; L. 3, supr. h. t.; L. 45, § 2, 9, D. de jure fisci.

⁹. Tit. LXXIV. — 1. N. 97, c. 5 et seq; addit. Lib. 5, supr. tit. 12; Lib. 25, D. 5. — 2. *Immo* vide L. 13, § 2, D. de fundo donati.

¹⁰. Tit. LXXV. — 1. Lib. 4, D. 8, § 6, Inst. de action. — 2. *Confer* L. 6, in fin. supr. de transact. — 3. L. 2, inf. h. t. — 4. *Confer* L. 11, D. quicq. mod. pign. vel hypoth. solv. — L. 4, supr. arbitrio. — 5. L. 2, § 2, 1, vers. similiq. supr. de jure delib.; L. 1, supr. de repud. vel abstin. heredit.; L. 4, inf. de primipil.; L. 57, D. de adquir. vel omitt. hered. — 7. L. 47, § 1, D. de negol. gest. — 8. L. 2, L. 4, inf. unde vi; L. 1, inf. de interdict. — 2. *Vide* enim L. 1, pr. D. h. t. — 3. d. L. 1, pr.

que distractis: per actionem in factum contra emptorem, qui sciens⁹ fraudem comparavit, et eum, qui ex lucrativo¹⁰ titulo possidet, scientia mentione detracta, creditoribus suis esse consultum. — S. 10 kal. nov. AA. CONSS.

6. *Idem*, AA. et CC. Menandæ.

Sicut solenni¹¹ praecedentem obligationem peremisti: perspicis aduersus fraudatorem intra annum¹² in quantum facere potest, vel dolo malo fecit, quominus possit, Edicto perpetuo tantum actionem permitti.

LIBER OCTAVUS.

TIT. I.

DE INTERDICTIS¹³.

1. Imp. ALEXANDER A. Evocato.

Cum proponas, radicibus arborum in vicina Agathangeli area positis crescentibus, fundamentis domus tua periculum afferris: præses, ad exemplum, interdictorum, que in albo proposita habet [prætor]; si arbor in alienas aedes impendit: item, si in alienum agrum impendit: quibus ostenditur, nec per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere, rem ad suam equitatem² rediget. — P. P. 6 kal. april. Jul. 2 et CRISPINO CONSS.

2. Imp. VALER. et GALLIEN. AA. Messia⁵.

Præses provinciae in eum, qui ejusdem⁴ provinciae non est, nec ex interdicto potest cognoscere. — P. P. 7 kal. Maji, SECULARE et DONATO CONSS. 261.

3. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Pompeiano P. P.

Incerti juris non est, ora proprietas et possessionis liti, prius⁵ possessionis decipi oportere questionem competentibus actionibus, ut ex hoc, ordine facto, de dominii disceptatione probationes ab eo⁶, qui de possessione victus est, exigantur. Interdicta autem licet in extraordinariis⁷ iudicis proprie locum non habent, tamen ad exemplum⁸ eorum res agitur. — S. kal. Januar. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS.

4. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Æmiliiano P. P.

Si quis quolibet interdictum efflagitat, ruptis veteribus ambagibus⁹, inter ipsa cognitionum auspicia actionem exprimere, ac suas allegationes jubeatur proponere. — Dat. 13 kal. August. CONSTANTINOP., ARCADIO A. 6 et PROBO CONSS. 406.

TIT. II.

QUORUM BONORUM¹⁴.

1. Imp. SEVER. et ANTONIN. AA. Justo.

Hereditatem ejus quem patrem tuum fuisse dicis, petitus, judicibus qui super ea re cogituri erunt, de fide intentionis allega. Quamvis enim bonorum possessionem, ut præteritus agnoscisti, tamen interdicto, *quorum bonorum*, non alter possessor constitui poteris, quam si te defuncti filium esse, et ad hereditatem, vel bonorum possessionem admissum² probaveris. — P. P. 8 kal. Januar. LATERANO et RUFINO CONSS. 198.

2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Marco.

Si ex edicto sororis patrului intestate sine liberis defuncta, recte petitia bonorum possessiones quesisti successionem, ac negotium integrum est: que cum moreretur, ejus fuerunt, secundum interdicti, *quorum bonorum*, tenorem ab his, qui pro herede, vel pro possessore possident, dolore⁵ malo fecerint, quo magis desierint possidere, tibi rector provincie restituji efficiet. — P. P. 6 kal. april. CC. CONSS.

supr. de reb. alien. non alienand. — 8. L. ult. infir.; L. 6, in fin.; L. 10, § 18, D. h. t.—9. L. 1, pr. L. 6, § 8; L. 10, pr. et § 2, D. eod. — 10. L. 6, § 11, D. eod. — 11. L. 1, in fin. D. eod.

12. L. 1, inf. de jure fisci; L. 9, § 2, inf. de bonis proscripti: L. 15, D. de donationib.—9. L. 6, § 2, D. de reb. auctor. jud. possid.; L. 24, D. que in fraudem erudit; L. 18, in fin.; L. 4, 19, D. de jure fisci. — 10. L. 2, D. de cessione honor; L. 3, supr. h. t.; L. 45, § 2, 9, D. de jure fisci.

¹³. *Confer* L. 1, supr. ubi de hered.; L. 4, Inf. 15. — 2. *Vide* enim L. 7, § 2, 1, D. de justit. et iur. — 3. *Confer* L. 1, supr. ubi de hered.; L. 4, Inf. 15; *addit.* Lib. 5, D. de juridict. — 5. L. 2, Inst. de interdict. — 6. L. 3, supr. d. t. de interdict.; L. 4, Inf. 6, t. — 7. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; L. 3, D. de just. et iur. — 8. L. 1, § 2, 1, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 9. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 10. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 11. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 12. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 13. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 14. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict. — 15. L. 1, § 2, 27; L. 17, D. de vi et vi armat; 2, 6, Inst. de interdict.

¹⁴. L. 1, supr. unde vir et ux. — 5. L. 5, in fin. supr. si a non competente jud. — 6. L. 1, supr. unde vir et ux. — 7. L. 1, supr. de his qui ven. atest. — 8. L. 1, supr. de indic. — 9. L. 1, supr. de indic. — 10. L. 1, supr. de indic. — 11. L. 1, supr. de indic. — 12. L. 1, supr. de indic. — 13. L. 1, supr. de indic. — 14. L. 1, supr. de indic. — 15. L. 1, supr. de indic. — 16. L. 1, supr. de indic. — 17. L. 1, in fin. supr. de his qui ven. atest. — 18. L. 1, supr. de indic. — 19. *Confer* L. 12, § 2, 1, D. de adquir. vel omitt. hered.

¹⁵. L. 1, supr. quando licet unic. sine iudice: L. 1, inf. de pignorib. — 21. L. 10, inf. h. t. — 22. *Immo* vide L. 55, D. de fort. — 23. L. 1, supr. qui legit. pers. — 24. L. 6, supr. L. 1, inf. h. t. — 25. L. 1, supr. qui legit. pers. — 26. L. 5, L. 7, L. 9, supr. de except. rei judic. — 27. L. 34, supr. de locat. — 28. L. 6, supr. de adquir. vel retin. posses.

3. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Petronio vicario Hispan.

Constat virum⁴ a bonis¹ intestate uxoris superstibus consanguineis esse extraneum: cum prudentiam omnia responsa, et lex ipsa naturæ successores eos faciant. Ergo jubemus, ut omnibus frustrationibus amputatis, per interdictum *quorum bonorum*, in petitorem corpora transferantur, secunda actione proprietalis non⁵ exclusa. — Dat. 6 kal. Aug. MEDOLANI, OLIVERIO et PROBINO CONSS. 595.

TIT. III. QUORUM LEGATORUM¹.

1. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Latinae.

Heredi scripto satis idonee legi Falcidia, si exulta legatis successio probetur, per quartæ retentione prospectum est. Unde si legatus, vel fideicommissarius non² consentiente patre tuo, quem ad severas testatoris successisse, et bonorum possessionem accepisse, relicta sibi legata, vel fideicommissa definit: secundum sententiam interdicti, quod adversus legatorum scriptis hereditis propositum est, oblatâ satisfactione, quam prastari oportet, in possessionem te constituit, ut ita retentio competenti³ utaris, experiri potes. — Dat. 16 kal. Jun. AA. CONSS.

punitos, bonorum quoque publicatio persecutar. — Dat. 2 non. april. ANTONINO et SYAGNIO CONSS. 582.

7. Imp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. ad Messianum com. rerum privataram.

Si quis in tantam furoris pervenerit audaciam ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud homines quolibet constitutarum ante adventum judicialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem quam abstulit²⁰, restituat²¹ possessori, et dominum ejusdem rei amittat. Si vero alienarum rerum possessionem invaserit: non solum eam possidentibus reddat²², verum etiam estimationem earundem rerum restituere compellatur. — Dat. 17 kal. Jun. *Treviris*, TIMASIO et PROMETUS CONSS. 389.

8. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Pamphilo.

Momentaria²³ possessionis interdictum, quod non semper ad vim publicam pertinet²⁴, vel privatam, mox addiri, interdum etiam inscriptio meretur. — Dat. 6 idib. Jun. *Mediolani*, OLIVERIO et PROBINO CONSS. 395.

9. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

Si quando vis in iudicio fuerit patescata, deinde super rebus abreptis, vel invasis vel damno dato tempore impetus questio proponatur: si non potuerit, qui vim sustinuit, quæ perdidit, singula comprobare, taxatione a judice facta pro personarum atque negotiis qualitate; sacramento²⁵ astimatione rerum quas perdidit, manifestet: nec licet ei ultra taxationem a judice factam jurare: et quod hujusmodi jurejurando dat fuit declaratum, judicem condemnare oportet. — Dat. id. dec. CONSTANTINOP., post consulat. BASILI 2 et ARMATI V. C. 477.

10. *Idem*, A. Sebastiano P. P.

Non ab re est, quemadmodum possessionis alienæ invasores²⁶, tam vetus quam præsens sacra constitutio censuit esse puniendos: ita nec conductoribus, et possessionis alienæ detentoribus impune procedere, si locatoribus forte, vel possessionem rerum suarum, quam apud alios preclaro modo esse concesserant, recuperare secundum leges voluntibus, cum nulla sibi cognita legibus allegatio competenter, duxerint resistendum: et non protinus, id est, non expectato iudiciorum ordine, alienam possessionem recte eam recuperantibus, cedere patientur. Eos namque jubemus pro tanta sue iniquitatibus impudentia, si cognitionis judicariæ eventu fuerint condemnati: rei cujus possessionem sponte restituere usque ad definitivam sententiam minime passi sunt, estimationem victrici parti una²⁷ cum ipsa re prebere compelli. — Dat. 5 kal. april. CONSTANTINOP

TIT. V.

SI PER VIM¹ VEL ALIO MODO ABSENTIS PERTURBATA
SIT POSSESSIO.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Severo.

Judices absentium, qui cujuslibet rei possesse privati sunt, suscipiant in jure personas, et auctoritatis sua formidabile ministerium obiciant: atque ita tueantur absentes, ut id solum diligenter inquirant, an ejus qui quolibet modo peregrinatur, possessio ablata sit, quam propinquus, vel parvus, vel proximus, vel amicus, vel colonus², vel libertus seu servus quilibet titulo retinebat: nec eos qui dejecti sunt absentium nomine possidentes, quia minime ipsis decisio cause mandata sit, ab expirienda re secludant: nec si servi sint, eorum³ rejiciant in jure personas, quia hujusmodi conditionis hominibus causas perorare fas non sit. Sed post elapsa quoque spatia recuperanda possessionis legibus praestituta, litigium eis inferentibus largiri convenit: ut eos momentaria perinde possessioni [sine ulla cunctatione] restituant, ac si reversus dominus littigasset. Cui tamen [domino] quilibet tempore reverso, actionem possessionis recuperanda indulgemus, quia fieri potest, ut restituto propter servos infideles, vel negligentes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel libertos interea differatur. Absentibus enim officere non debet tempus emensum, quod recuperande possessioni legibus praestitutum est: sed reformato statu qui per injuriam sublatus est, omnia que supererunt ad disceptationem litigii, immunita permaneant: iudicio servato justis legitimisque [absentibus] personis: cum valde sufficiente possessione tenetibus absentium nomine contra presentium violentiam subveniri. — Dat. 10 kal. nov. Constantiop., CONSTANTINO⁷ et CONSTANTE C. 5 CONSS. 326.

2. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Petronio vicario Hispaniarum.

Nec imperiale responsum, quod supplicatio litigioris obtinuit, nec interlocutio cognitoris ex quaunque parte innovare possessionis statum, eo qui rem tamen absente, permittit: quia negotiorum merita, partium adsertione [panduntur]. — Dat. 15 kal. Januar. Mediolani, CESARIO et ATTRICO CONSS. 397.

TIT. VI.

UTI⁴ POSSIDETIS.

1. Imp. DIOCLET. et MAX. AA. et CC. Cyrillo.

Uti² possidetis fundum, de quo agitur, cum ab altero, nec vi, nec clam, nec precario possidetis, rector provincie vim fieri prohibebit: ac satisfactionis⁵, vel transferenda⁴ possessionis edicti perpetui ser-vata, de proprietate cognoscet. — Subscripta 3 id. octobr. Nicomedia, CC. CONSS.

TIT. VII.

DE TABULIS¹ EXHIBENDIS.

1. Imp. VALER. et GALLIEN. AA. Germano.

Si in potestate patris fuerint impuberes filii, et vos eis estis substituti², atque ita ad vos intra pubertatem illis decedentibus³ cepit hereditas pertinere: de exhibendis testamenti tabulis interdicto uti potestis. — P. P. 7 kal. Maij, SECULARI et DONATO CONSS. 261.

TIT. VIII.

DE LIBERIS¹ EXHIBENDIS, SEU DEDUCENDIS, ET DE LIBERO² HOMINE EXHIBENDO.

1. Imp. ANTONINUS A. Justino.

Si (ut proponis) cum tuae potestatis esses, super rebus maternis obtinuisti: potes eos, qui tibi condemnati sunt, convenire. Quod si extite-

Tir. V. — 1. Lib. 43, D. 4. — 2. L. ult. supr. de adquir. et refi. possess. — 3. L. 3, supr. qui legit. person.

Tir. VI. — 1. Lib. 43, D. 17, § 4. Inst. de interdict. — 2. L. 1, D. h. t. — 3. Prince. Inst. de sollicitud. — 4. L. 5, § 1, in fin. D. ut legator; L. 2, § 9, D. de collatione; L. 6, in fin. D. de Carbon. dict. N. 18, c. 10.

Tir. VII. — 1. Lib. 45, D. 5. — 2. L. 5, § 10, D. h. t. — 3. L. 2, § 2, D. de vulg. et pu-pilli substit. : L. 1, D. de heredit. vel act. vendit.

Tir. VIII. — 1. Lib. 45, D. 1, § 1, vera exhibitoria. Inst. de interdict; Lib. 45, D. 30. — 2. Lib. 45, D. 29. — 3. Confer L. 3, § 11, D. de hom. lib. exhib. — 4. L. 11, supr. de nupt.; L. 2, D. h. t.

rit, qui te filium, et in sua potestate esse contendit: interdicto in eam rem proposito, de fide intentionis ejus queretur. — P. P. 6 idib. april. DUOBUS et ASPRIS CONSS. 213.

2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Cyrilla⁵.

Adi praeisdem provincie, ac postula filios tuos exhiberi. — S. 5 id. apri. Byzantii, AA. CONSS.

3. *Idem*, AA. et CC. Euodiae.

Si ad instar interdicti de exhibenda filia⁴ Philippi eum convenienti- dum putaveris: rector provincie aditus suam vobis accommodabit noti-onem. — S. 12 kalend. decembr. Nicomedia, AA. CONSS.

TIT. IX.

DE PRECARIO¹, ET SALVIANO INTERDICTO².

1. Imp. GORDIANUS Aristoni.

Si te non remittente pignus, debitor tuus ea, quae tibi obnoxia sunt, venundedit: integrum tibi jus est ea persequi, non interdicto Salviani (id enim tantummodo³ adversus conductorem, debitoremve competit) sed Serviana⁴ actione, vel qua ad exemplum ejus instituitur, utilis adversus emplorem exercenda est. — P. P. 6 idib. septembr. Pio et PON-TIANO CONSS. 259.

2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Fabricio.

Habitanteri precario heredes⁵ ad restituendum habitaculum teneri⁶, contra eos interdicto proposito, manifeste declaratur. — S. kal. decembr. Sirmii, AA. CONSS.

TIT. X.

DE AEDIFICIIS PRIVATIS.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Tauri.

Et balneum (ut desideras) extruere, et aedificium ei superponere potes: observata tamen forma, qua ceteris super balneum aedificare permittitur, id est, ut concameratis⁴ superintrafas, et ipsum concameres, ne modum² usitatum altitudinis excedas. — P. P. *Sive die et consule*.

2. Imp. ALEXANDER A. Diogeni.

Negotiandi³ causa aedificia demoliri, et marmora detrahere, edicto divi Vespasiani et senatusconsulto⁴ vetitum est⁵. Ceterum de alia domo in aliam transferre quædam licere, exceptum est. Sed nec dominis ita transferre licet, ut integris aedificiis depositis, publicus deformetur aspectus. — P. P. 11 kal. Januar. ALEXANDRO A. CONSS. 223.

3. *Idem*, A. Evocato.

An in totum ex ruina domus liecerit non eadem faciem in civitate restituere, sed in hortum convertere, et an hoc consensu tunc magistratum non prohibentium, item vicinorum factum sit: praeses probatis his que in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causa cognita, statuet. — P. P. 7 kal. april. JULIANO 2 et CRISPINO CONSS. 225.

4. Imp. PHILIPPUS A. et PHILIP. C. Victorii.

Si (ut proponis) socius⁶ aedifici ad reflectionem ejus sumptus conferre detrectat: non necessario extra ordinem tibi subveniri desideras. Etenim si solus aedificaveris, nec intra quatuor mensium tempora cum centesimis⁷ nummus pro portione socii ergatus restitus fuerit, vel quominus id fieret, per socium stetis constititerit, jus dominii pro solidio vindicare, vel obtinere juxta placitum⁸ antiquitatis poteris. — P. P. 4 kal. April. PHILIPPO A. et TITIANO CONSS. 246.

5. Imp. DIOCLET. et MAXIMIAN. AA. et CC. Octavio.

Si is, contra quem preces fundis, sciens prudensque soli partem ad te pertinere, non quasi socius, vel collega communis operis solicitudine, solidam balneorum extunctionem ea⁹ mente, ut sumptus pro portione tua [non] recuperet, aggressus est, sed ut totius loci dominium usurparet, et

Tir. V. — 1. Lib. 43, D. 4. — 2. L. ult. supr. de adquir. et refi. possess. — 3. L. 3, supr. qui legit. person.

Tir. VI. — 1. Lib. 43, D. 17, § 4. Inst. de interdict. — 2. L. 1, D. h. t. — 3. Prince. Inst. de sollicitud. — 4. L. 5, § 1, in fin. D. ut legator; L. 2, § 9, D. de collatione; L. 6, in fin. D. de Carbon. dict. N. 18, c. 10.

Tir. VII. — 1. Lib. 45, D. 5. — 2. L. 5, § 10, D. h. t. — 3. L. 2, § 2, D. de vulg. et pu-pilli substit. : L. 1, D. de heredit. vel act. vendit.

Tir. VIII. — 1. Lib. 45, D. 1, § 1, vera exhibitoria. Inst. de interdict; Lib. 45, D. 30. — 2. Lib. 45, D. 29. — 3. Confer L. 3, § 11, D. de hom. lib. exhib. — 4. L. 11, supr. de nupt.; L. 2, D. h. t.

collapsem balneum refabricare enis est: cum aedificia, quæ alieno loco imponuntur, solo cedant, nec impensa his¹⁰ qui improbe id fecerint, restituuntur: antiquato D. Hadriani edicto præses provincie memor juris publici, in dirimenda disceptatione legum placita custodiet. — P. P. non, octobr. ipsi 4 et 5 AA. CONSS. 290.

6. Imp. CONSTANTINUS A. Elpidio agenti vicem P. P.

Si quis post hanc legem civitate spoliata ornatum (hoc est, marmora, vel columnas) ad rura transtulerit, privetur ea possessione, quam ita ornaverit. Si quis autem ex alia¹¹ in aliam civitatem labentium parietum marmora vel columnas de propriis domibus in propriis transference voluerit: quoniam utrobique haec esse publicum decus est, licenter hoc faciat. Data similiter facultate etiam de possessione ornatum hujusmodi ad possessionem aliam transferendi, quamvis per muros, vel etiam per medianam civitatem ea transferri necesse sit: ita ut ea solummodo quæ illata fuerint civitatis exportentur. — Dat. 6 kal. Jun. Viminacii; Crispio 2 et CONSTANTINO 2 CONSS. 324.

7. Imp. JULIAN. A. ad Vitianum vicarium Africæ.

Nemini columnas, vel statuas cuiuscunque materie ex alia eademque provincia vel afferre licet¹², vel movere. — Dat. 6 kal. novembr. JULIANO A. 4 et SALLUSTIO CONSS. 565.

8. Imp. VALENS, GRAT. et VALENT. AAA. Modesto P. P.

Singularum urbium curiales etiam inviti, vel reparare intra civitates, quas olim habuerunt domos, vel de novo aedificare cogantur, illic semper munii inservit, et auctori propriarium frequentiam civitatum. Possessores vero qui non erunt curiales, in urbibus, in quibus domos possident, easdem domos dirutas¹³ neglectasce represent, judicia ad conservandum hoc præceptum auctoritate retinendi. — Dat. 13 kal. novemb. GRATIANO 4 et MEREOBADE CONSS. 377.

9. Imp. ARCAD. HONOR. et THEOD. AAA. Emiliano præfecto urbi.

Si cui loci proprietas aedificandi juxta publicas ædes animus dederit, is quindecim¹⁴ pedum spatio interjecto inter publica ac privata aedificia, ta sibi noverit fabricandum, ut tali intervallu, et publicæ ædes a periculo indicentur, et privatus aedificator velut perperam fabricato loco, destructionis: quoniam futura non timeat detrimentum. — Dat. 10 kal. novembr. ARCAD. A. 6 et PROBO CONSS. 406.

10. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Monaxio P. P.

Per provincias Mesopotamiam, Osrhoenam, Euphratensem, Syriam secundam, Phœniciam, Libanensem, Ciliciam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Hellespontum, ubi magis hoc desideratur, ceteraque provincias cunctis voluntibus permittatur murali¹⁵ ambitu fundos proprios seu loca sui dominii constituta vallare. — Dat. 3 non. Maij CONSTANTINOP., THEOD. A 9 et CONSTANTINO 5 CONSS. 420.

11. *Idem*, AA. Severino P. P.

Mœniana¹⁶, que græco vocabulo τειχος appellant, sive olim constructa, sive in posterum in provinciis construenda, nisi spatiu inter se per decem pedes liberi aeris habuerint, modis omnibus detruncentur. In his vero locis in quibus aedificia privatorum horreis publicis videntur objecta, obstructione mœnianorum, quindecim pedum intervalla serventur, quem intercedenis¹⁷ modum aedificaturus quoque proponimus, ita ut si quis intra definitum spatiu, id est, decem¹⁸ pedum mensuram aedificare, vel intra quindecim¹⁹ pedum mœnianum possidere tentaverit: sciat non solum fabricata demoienda, sed etiam ipsam domum fisco nostro adscribendam. — Dat. 3 kal. octobr. ASCEPIODOTO et MARINIANO CONSS. 425.

12. Imp. ZENO²⁰ A. Adamantio præfecto urbis.

Ex quo pace frui copimus, et litibus et externis bellis populos nostros eximere studentes, variis legibus condendis animum applicuvimus; inter quas et hanc quoque referri volumus, dilucide demonstrantem, et quæ tua magnificientia suggestit, et cautissime omne ambiguum definiens: non multum autem a civilibus verbis recessimus, sed vulgo notioribus uti maluimus, ut ita quicunque in eam inciderint, alterius interpretis non egeant auxilio. Ex relatione igitur magnitudinis tuae cognovimus, divinam legem immortalis memorie patris nostri Leonis, quam super his posuit qui in hac gloriosa civitate aedificare voluerint, quibusdam sui partibus propter pravas interpretantium opiniones ambiguam

Tir. V. — 1. Lib. 43, D. 4. — 2. L. ult. supr. de negot. gest.; L. 5, supr. L. 1, § 1, D. de Salv. tempor. prescr.

Tir. VI. — 1. Lib. 43, D. 17, § 4. Inst. de interdict. — 2. L. 1, D. h. t. — 6. *Immo vide* L. 11, D. de divers.

Tir. VII. — 1. Lib. 45, D. 5. — 2. L. 5, § 10, D. h. t. — 3. L. 2, § 2, D. de vulg. et pu-

pilli substit. : L. 1, D. de heredit. vel act. vendit.

Tir. VIII. — 1. Lib. 45, D. 1, § 1, vera exhibitoria. Inst. de interdict; Lib. 45, D. 30. — 2. Lib. 45, D. 29. — 3. Confer L. 3, § 11, D. de hom. lib. exhib. — 4. L. 11, supr. de nupt.; L. 2, D. h. t.

Tir. IX. — 1. Lib. 45, D. 26. — 2. Lib. 45, D. 33. — 3. *Immo vide* L. 1, § 1, D. de Salv. tempor. prescr.

Tir. X. — 1. Lib. 51, D. de legat. 5. — 2. L. 11, D. de serv. præd. urb.; L. 1, § 1, D. de

nov. oper. nunc. — 3. L. 1, § 2, D. de legat. 1; L. 1, § 1, D. de donat. inter vir. et uxori. — 4. L. 1, § 1, D. de damn. infr.; L. 52, D. de contrah. empt. — 4. Confer L. 41, § 1, D. de legat. 1; L. 5, L. 7, infr. b. t.; *immo vide* L. 45, § 1, D. de legat. 1; L. 1, § 1, D. de legat. 1; L. 5, L. 7, infr. b. t.; *immo vide* L. 6, supr. ed. — 13. L. 7, D. de off. — 14. L. 52, § 10, D. pro socio; § 20, vers. certe. Inst. de rer. divisi. — 7. L. ult. pr

mānens dicuntur, modum et figuram adfiscerent, et inter duo solaria ex adverso sese spectantia decem pedes relinquuntur. Sin hoc p̄r loci angustia fieri non possit, tunc solaria fiant ex παράλληλοις, hoc est, ut se invicem non ex adverso vel ex παράλληλοις respiciant, sed alternis, et ex obliquo atque transverso. Si vero spatiū medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte nec adversa, nec transversa liceat solaria, aut meniana fabricare. Quæ vero secundum supra scriptam formam adfiscabuntur, jubemus alta esse ab imo solo pedes quindecim et eorum quidem columnas lapidicas, aut ligneas ita solo imponi jubemus, ut non ad calathum sive perpendiculum stent, sicuti nec murus, ut nec aer, qui est sub illis in superiori parte, ut dictum est, constitutis solaris, obturetur, nec ex hoc angustior fiat angiporus, et publicum iter. Prohibemus autem et scalas a solo angiporus inchoare, et ad solaria ducere, ita ut tam impensa et preparatione firmiore, quam quod non ita proxima sint inter se solaria, breviora et rariora et extincta faciliora ex igne pericula civitatis, et his, qui domos habent, immineant. Si autem contra nostram hanc legem fiat solarium vel scala; non id solum, quod factum fuerit, destruatur, sed etiam adfiscii dominus decem auri librarum p̄enam expectabit: et qui designavit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras persolvet, et qui fabricaverit artifex, si per inopiam non potuerit p̄enam solvere, corpore luens a civitate fiat extorris. — § 6. Praeterea: jubemus nemini licere multas ex ordine collocales columnas in publicis porticibus et stationibus ab eo quod vocatur milium²⁸, usque ad Capitulum obstruere adfiscis, vel solidis etiam tabulis, vel aliis quibusvis rebus in aedio columnarum extractis: sed ipsa quidem adficia non excedant in latitudine pedes sex, comprehensis etiam parietibus plateam versus: in altitudine vero pedes septem. Omnimodo autem volumus per quatuor columnarum ordinēs relinquā a porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque hujusmodi tabernacula sive officinas exterius saltem marmore: ut et civitati sint decori, et transeuntibus voluntati: in reliquis autem civitatis regionibus extuctas in mediis columnis officinas, prout urbi esse utili, et quatenus et quomodo existimaveris, extrahi sanctim, omni equalitate servata, ne quod uni permittitur, ceteris prohibetur.

§ 7. Et hoc quidem constituumus, ut ne calumniantur dolis et machinationibus, aquis et bonis viris periculum struantur. Multi enim adfiscaturi lites, non ex injurya aliqua accepta, sed per invidiam substruentes, intermissionum illis causam prebent: ut cum, qui jam coepit adfiscare, prohibitum, et opus imperfectum relinquere coactum, et in ius tractum, pecuniam ad adficationem repositam, litigando consumere cogant: et (quod omnium incommodissimum est) postquam victricem sentiantur retulit, adhuc quasi indissolubilis vinculus obligari contingit, dum appellationis praetexta fatales dies expectare cogitur, et ex hac frustratione, et adficationis interruptione voluntatem capit ejus adversarius. Adficiimus itaque in ejusmodi casibus, ut si appellatio ab his, quæ ab arbitrio definita sunt, intercesserit, simul atque missa fuerit ad judicem relatio, vel forma scriptis redacta, licere victori et vito, non observato legitimo appellationis introducenda tempore, una cum adversario, vel soli ad tua magnificentia tribunal accedere; et adversario ex more vocato, si absit, terminum rei controversie facere: ut omni mora absissa, legitimus litus finis imponatur, ne hyeme, si ita acciderit, presente vel imminentie, dum longos appellationis dies statos expectare cogitur is, qui injuste ab incepto adficio prohibitus est, damna intolerabilia sustinet. Quod autem est proximum, si etiam quis in hujusmodi controversiis appellare voluerit, conquerens de magnitudinis tua sententia, illico eam, quam dicunt consultationem fieri jubemus; et dari tam victo quam vitori, ut de more sententiam ipsam accuratius expendant, in sacro nostro palatio, omni mora cessante. Noverint autem quicunque adfiscantes impediti presumpti, quod si vici fuerint, et omne quodcumque contingit dannum resarcient, et materiam pretia, quam probabile erit corruptam aut deterioratam esse inter litum moras rependent. Quod autem ad eos, qui injuste adfiscare tentaverint, attinet et hi si vici fuerint, damna ei, qui adficio prohibuerit, et cause ideo adesse coactus fuerit, refundent. Omnem autem hujusmodi controversiam in solo magnitudinis tue judicio decidi præcipimus, et neque ulli cuiquam illustrium magistratum audire hujusmodi causas, neque ex hac causa litigantes, militiae, vel fori prescriptione ad detrectandum judicium, vel sumptum, et damnorum, que sententia gloriissimi praefecti urbis, aut ab ipso dati cognitoris continebuntur, solutionem detrectandum permittimus: sed exactiōis eos subjici volumus, qui ex decreto magnificientie tuae vici fuerint, nemine ab hoc fori præscriptione utente.

§ 8. Provideat autem magnificientia tua, ne quis redemptorum, aut fa-

brorum, aut artificum opus a se inchoatum relinquat imperfectum, sed ut accepta mercede opus, quod incepit, perficer cogatur: vel omne damnum, quod inde adfiscare volens acceperit, et quidquid omnino dispendi sensit ex eo quod opus perfectum non fuerit, sarcia. Si autem penuria²⁹ laboret qui ita deliquerit, fastibus cæsus civitate ejiciatur. Nullus autem id perficer prohibeat, quod ab altero ceptum opus fuerit: quod præsumi cognovimus a quibusdam artificibus, vel redemptoribus, nec iis, quæ ipsi ceperint, finem imponentibus, nec alios id perficer sinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus iis, qui domos sua fabricantur. Qui itaque hoc solo recusat opus perficer, quod ab alio ante inchoatum sit, is candem p̄enam excipiat, quam is excepti, qui opus re-

15. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum dubitabatur, utrum constitutio Zenonis³⁰ diuī memorie ad Amantium prefectum urbi scripta, quæ de servitibus loquitur, localis esset, et huic florētissima urbi dedicata, deberent illius quidem jura in hac observari, antiqua vero qua contraria sunt, locum habere in provinciis: indignum esse nostro tempore putantes aliud [jus] in hac regia civitate de hujusmodi observari, aliud apud nos esse provinciales: sancimus eandem constitutionem in omnibus urbibus romani imperii obtinere, et secundum ejus definitionem omnia procedere: et si quod jus ex ea lege innovatum est a veteri dispositione, hoc et in provinciis a præsidibus carum observari: ceteris videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legem innovata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manentibus. — Dat. 8 kal. Jun. *Philippis*, divo Joviano et *VARRONIANO* Conss. 598.

TIT. XI.

DE NOVI¹ OPERIS NUNCIATIONE.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

De operis novi nunciatione quandam antiquis ortam fuisse dubitacionem nostra cognovit tranquillitas: dicentibus, si quis denunciationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum ex quo denunciatione missa est, iterum adficationem prohibere. Quod duplenter iniquum nobis esse videtur: sive etenim non recte opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri: sive recte denunciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere adficationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia urbe prefectus urbi festinare: in provincia vero rectorem ejus intra trium mensium spatium causam dirimere: sin vero aliquod fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum qui adficationem deproferat, opus de quo agitur, efficeri, prius fidejussore ab eo dato officio urbicarum praefecture, vel provinciali. Ut si non recte adficiaverit, omne opus quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruet. Sic enim et opera non per inanes denunciations prohibebuntur, et recte denunciantibus consuletur. — Datum 12 kal. novemb. *Constantinop.*, post consulatum *LAMPADII* et *ORESTIS* VV. CC., anno secundo 531.

TIT. XII.

DE OPERIBUS PUBLICIS¹.

1. Imp. CONSTANTIUS et CONSTANS AA. ad Catulinum.

Plurimi immunitates operum publicorum concessionem judicū adepti sunt: et ideo jubemus in post. rum elicita immunitates nullius esse momenti. — Dat. 6 kal. August. *Sirnii*, Ursu [LUPULO] et *Polemio* Conss. 538.

2. Idem, AA. ad Marcellinum comitem Orientis.

Quæ operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas. — Dat. 8 non. octob. *Constantinop.*, *LIMENIO* et *CATULICO* Conss. 549.

3. Graecæ constitutionis epitome.

Neque monachus, neque alius quis in loco publico, vel ubi spectacula sunt, crucem² imponat, aut reliquias sanctas.

Titr. XI. — 1. Lib. 59, D. 1.

Titr. XII. — 1. Lib. 50, D. 10. — 2. Lib. 26, supr. de episcop. et cleric.

4. Idem, AA. Edicio praefecto Egypti.

Prætoria judicum et domus publicas oportet publico juri atque usui [semper] vindicari. — P. P. 4 non. decemb. *Antiochiae*, *MAMERTINO* et *NEVITA* Conss. 562.

5. Imp. VALENTIN. et VALENS AA. ad Symmachum praefectum urbis.

Intra urbem Romam, [veterem, et novam] nullas judicū novum, opus informet, quoties serenitatē nostrā arbitria cessabant, [nisi ex suis cœuniis hujusmodi] opus construere voluerit. Ea tamen restaurandi, quæ iam deformis ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus. — Dat. 8 kal. Jun. *Philippis*, divo Joviano et *VARRONIANO* Conss. 564.

6. Imp. GRATIAN., VALENT. et THEOD. AAA. ad Proculum.

Prescriptio temporis juri³¹ publico non debet obsistere: sed nec rescripta⁴ quidem: atque ideo diruenda sunt omnia, quæ per diversas urbes, vel in foro, vel in publico quocunque loco [contra ornatum, et commodity, ac decorum faciem] civitatis, extracta noscuntur. — Datum 5 idus Jun. *Constantinop.*, *MEROBADE* et *SATURNINO* Conss. 585.

7. Idem, AAA. Cyngio P. P.

Ad portus⁵, et aquæductus, [et murorum] instauracionem, sive extructionem, omnes certam facta operarum collatione instare debent: neque aliquis ab hujusmodi consortio dignitatis privilegiis excusari. — Dat. 15 kal. febr. *Constantinop.*, *RICHOMERE* et *CLEARCHO* Conss. 584.

8. Idem, AAA. Cyngio P. P.

Omnes, quibus, vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad extrunctionem solito more credita, usque ad quindecim ab opere perfecto cum suis hereditibus teneantur obnoxii: ita ut si quid viii in adficatione intra præstitutum tempus persevererit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his casibus, qui sunt fortui) reformetur. — Dat. 3 non. febr. *Constantinop.*, *ARCADIO* 4 et *BAUTONE* Conss. 588.

9. Imp. THEOD., ARCADI. et HONOR. AAA. Aureliano praefecto urbi.

Si quando concessa a nobis licentia fuerit extruendi: id sublimis magnificientia tua sciat esse servandum, ut nulla domus⁶ inchoanda publica fabrica gratis diruatur: nisi usque ad quinquaginta libras argenti pretiis estimatione taxabitur. De adficiis vero majoris pretiis ad nostram scientiam referatur: ut ubi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas. — Dat. 5 kalend. Mart. *Constantinop.*, *THEODOSIO* A. 5 et *AEBUNDANTIO* Conss. 409.

10. Idem, AAA. Rufino P. P.

Si, qui⁷ 7 judges perfecto [publicis pecuniis] operi, suum nomen sine nostri numinis mentione inscriperint, majestatis teneantur obnoxii. — Dat. 3 non. Jul. *Constantinop.*, *ARCADIO* 5 et *HONOR* 2 AA. Conss. 594.

11. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Eusebio comiti sacrarum largitionum.

Ne splendissimæ urbes, vel oppida vetustate labantur, de redditibus fundorum juris reipub. tertiam partem reparatione publicorum mœbiū⁸, et thermarum substitutione deputamus. — Dat. 11 kal. Jul. *MEDIOLANI*, *OLIBRIO* et *PROBINO* Conss. 595.

12. Idem, AA. Cæsario P. P.

Omnis provinciarum rectores literis moneantur, ut sciāt ordines, atque incolas urbium singularum muros, vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare: scilicet hoc pacto impendiis ordinandis, ut adscriptio currat pro viribus singulorum, deinde adscribantur pro aestimatione operis futuri territoria civium: no plus poscarat aliquid, quam necessitas impefraverit, neve minus: ne instans impediatur effectus. Oportet namque per singula [non sterilia] juga certa, quoque distribui, ut par cunctis præbendorum sumptuum necessitas imponatur, [nemini excusatione, vel alia presumptione ab hujusmodi immunitate præbenda.] — Dat. 9 kalend. April. *ARCADIO* 4 et *HONOR* 5 AA. Conss. 596.

13. Idem, AA. Theodoro P. P.

Nemo⁹ judicū in id temeritatem erumpat, ut, inconsulta pietate nostra, novi aliquid operis existimet inchoandum: vel ex diversis operibus ornamenta, aut marmora, vel quamlibet speciem, qua fuisse in usu et ornata probabatur civitatis, eripere, vel alio transference sine jussu subtilitas tuæ audeat. Etenim si quis contra fecerit, sex libris aurum multa-

³. L. 9, L. 45, D. de usurpat.; L. 2, supr. rei dominie, 2 1, 2 9, Inst. de usecap.; N. 50, cap. 7. — 4. L. 3, supr. de p̄ec. imperat. — 5. Confer L. 7, supr. de sacrosanct. eccl. N. 58, cap. 7; N. 149, ad fin. — 6. L. 14, infr. h. 1. — 7. Add. L. 5, in fin. I. 4, D. cod. — 8. L. 3, infr. de vend. reb. civit. lib. 11, tit. 52; L. 5, infr. de divers. pred.; lib. 11, tit. 69. — 9. Add. L. 5, L. 6, supr. h. 1. — 10. L. 7, in fin. D. ad leg. Ju. majest. — 11. Add. L. 18, supr. de sacrosanct. eccl.; L. 7, infr. de metat. lib. 12, tit. 4; N. 52, c. 5. — 12. L. 11, supr. h. 1. — 13. Add. L. 5, in fin. supr. de aleator. — 13. L. 4, supr. h. 1. — 14. L. 7, 2 15, D. quib. ex caus. in possess. — 15. Confer L. 4, supr. de Judicis.

54*

būt. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamētum genitalis patriæ decreti hujusmodi auctoritate defenderint. Horrōrum autem, vel stabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum judices studio laudandas devotionis arripiant. — Dat. 5 kal. Jan. *MEDIOLANI*, *HONOR* 4 et *EUTYCHIANO* Conss. 598.

14. Idem, AA. Severo P. V.

Ædificia, quæ vulgo p̄apætasia nuncupantur, vel si quia alia opera mœbiūs, vel publicis operibus ita sociata coherent, ut ex his incendium, vel insidias vicinas reformet, aut angustent spatiæ platearum, vel minuator porticibus latitudi: dirui ac prosterni præcipimus. — Dat. 6 id. octob. *CONSTANTINOP.*, *HONOR* A. 4 et *EUTYCHIANO* Conss. 598.

15. Idem, AA. Eutychiano P. P.

Si aliquando homines emergant, qui a nostra clementia opus publicum sibi preberi postulaverint: non nisi diruta penitusque destruta, et quæ parum sunt in usu civitatum, percipiāt: intimandis hujusmodi rescriptis iudicio amplissimæ tue sedis. — Datum idib. decembr. *HONOR* A. 4 et *EUTYCHIANO* Conss. 598.

16. Idem, AA. Æmiliano P. P.

Si quando usus exegerit, vel porticus, vel qualibet aedes ætatis senio seu fortuitis concussa casibus reparari: licet, etiam inconsulta clementia nostra, cum reverentia sui imaginem¹⁰ depone, vel nostram, vel retro principium, reportatamque post refecta ædifica loco proprio denuo collocare. — Datum 5 kal. Jul. *Constantinop.*, *ARCADIO* A. 6 et *PROBO* Conss. 406.

17. Imp. HONORIUS et THEODOSIUS AA. Monaxio P. P.

Quicunque locus in palatio hujus urbis privatis admodum incommodo occupatus est: is quamprimum subrūtis omnibus que in eo sunt, adficiis, palatio reformetur: quod privatorum non est parietibus coartandum. Nam imperio magna ab universis secreta debentur, ut hi tantum locum habeant habitandi, quos legitimus majestatis nostre usus, et reipublice disciplina delegit: in futurum etiam universis ab hujusmodi usurpatione prohibendis. — Dat. 9 kal. Mart. *Constantinop.*, *HONOR*, 8 et *THEODOSIO* 5 AA. Conss. 409.

18. Idem, AA. Anthemio.

Turres novi¹¹ muri, qui ad munitionem splendidissimæ urbis extructus est, completo opere præcipiūs eorum usui deputari, per quorum terras idem murus studio ac provisione tuae magnitudinis ex nostra serenitatē arbitrio celebratur: eadem lege in perpetuum